

Franz Wolf

Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Franciscus Wolfius, Philosophiae Magister, & Logices P. P. Ad exequias Quas ... Annae Bahlemans Coniugi suae desideratissimae viduus & moestissimus Vir Dn. Johannes Schwengel/ Civis & Oenopola huius civitatis Primarius hodie indicendas expetiit Patres ac Cives Academiae ad unum omnes solenniter invitat : [P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus d. XXII. Iunii Anno M. DC. LXXIV.]


Rostochii: Kilius, [1674]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746582730>


Druck Freier  Zugang



Wolf, F.,
in A. Bahlemann,
uxor. J. Schwengel.
R. 1674.







PROGRAMMA,

39

^{Quo}
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
FRANCISCUS
WOLFIUS.

Philosophiæ Magister, & Logices
P. P.



Ad exequias

QUAS

Probatissimæ & Præstantissimæ Fœminæ

ANNÆ Bahlemans

Conjugi suæ desideratissimæ viduus
& mœstissimus

V I R

DN. JOHANNES Schwengel

Civis & Oenopola hujus civitatis

Primarius

hodie

indicendas expetit

PATRES ac CIVES Academiae ad unum omnes

solemniter invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.



Ureum verè, & altâ reponendum mente est illud Bernhardi: *In omnibus cogitationibus, locutionibus, siue actibus tuis, dic tibi: Itane ageres, si hanc scires pro certo novissimâ (non diem sed) horam.* Ab hâc pendet summa hominis felicitas & miseria. Ast unica illa latet, ut observetur omnis. Mortem igitur quotidie meditari, optimum. *Egregia res est mortem condiscere, qui mori didicit, servire dedidicit.*

Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam:

Sera nimis vita est crastina: vive bodie.

Scilicet: *Nemo tam divos habuit faventis,*

Crastinum ut possit sibi polliceri,

Res Deus nostras celerè citatas

Turbine versat, Senec Thyest.

Ad omnia patienda pares sumus, nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Impares nascimur, pares morimur. Si rems, omnium qui terram premunt, lex est: עפר אפה ואל אפר תשוב. Pulvis tu, & in pulverem reverteris. Principium vitæ nostræ initium dolorum. Nascimur ad laborem, morimur ad quietem. Nascimur, sed nescimus, an in vitam mortalem venerimus, an in mortem vitalem. Infantia fletu lucem salutâ, & sic nesciens prædicit quodammodo imminente mala. Nescientibus vita datur, quam, si scientibus daretur, natus nemo acciperet. Si aliquando lætamur, gaudia nostra vix diurna, nunquam diuturna. Non abs re Thraces nativitatem suorum fletu, discessum gaudiis comitati sunt. Lachrymis, miseriis exanclandas, lætitiâ, calamitates superatas prosequabantur. Scitè nonnulli veterum obser-

observant, neminem à lapsu integrum diem ad Dei calendarium, ut vocant, vixisse. Nemo mille annos explevit. Sed *mille anni ante oculos Dei, tanquam dies besterna qua praterit.* Pl. 90. Ita homo bulla, flos solstitialis. Plinius I. XI. c. 36. meminit, *Hypanin, flodium in Ponto, circa solstitium deferre acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpat volueris quadrupes, qua ultra diem non vivat & inde hemerobios vocetur.* Simile circumfertur de quadam herbâ, quam vocant hemerocallin, quæ ultra unicum diem pulchritudinem suam non servet. Quid magis appositè homini componetur? Vita nostra, fluentibus annis, ave velocior fugit. Manè nascimur, meridie vigemus, vesperi morimur. Homo sicut flos egreditur & conteritur: oritur, floret, languescit, & denique moritur. Tribus nonnemo voluit hominem verbis salutari. A nativitate ad annum 30. precabatur ei bonum diem; ab anno 30. ad Quinquagesimum, bonam vesperam. post quinquagesimum, bonam noctem, & ultimum vale. *Multos, ut loquitur Seneca, veluti catena alligatos tenet amor vita.* Plurimi plurimos annos equidem agunt, paucissimos duntaxat vivunt. Alii habent animam, ut eam agant. Diu vivere cupiunt, ut diu moriantur. Multi vetustissimos pereptando codices inter mortuos versantur, nec tamen ex his vivere morique discunt. Alii spes longas inchoant, Nestoreosque sibi pollicentur annos. Meminisse præstabat, nos non citari excensu. Ad militiæ, non mortis consuetudinem tabulæ censuales pertinent. Licet mors aliorum longius vitam passa sit procedere; aliorum tamen in medio flore præcidit, quin aliorum interrumpit principia, quibus tantum prospicere vitam contigit. Sic igitur *unicuique ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, & consummet atq; expleat vitam.* Talem se gessit, dum vixit, nostra piè defuncta, ANNA Bahlemans / decus matronarum Rostochiensium, omnes horas complexa est, dum per aliquot annos nuncios mortis morbos adesse sensit. Didicit mori dum sæpius est mortua. Vitæ hujus miserias satis

superque edocta, quietam desideravit. Vita fugacitatem, constantem gaudiorum inconstantiam, concordem sortis humanæ discordiam experta est. Vix quinquagesimum, vesperam sui diei, annum explevit, illico occidit, & placidam noctem illi precamur, ultimum vale ipsi adclamamus. Sed in ipso occasu oritur; Terris occidit, cœlo oritur; agit ibi diem sine ortu, sine occasu, diem cui non cedit hesternus, quem non urget crastinus. Gratulamur tibi, pie defuncta, honores illos cœlestes, ad quos tuate fides circa ipsum SS. Trinitatis festum evexit. Ex tolle juba, permiscere choris beatorum, & concine trifagium illud sanctissimum Deo tuo. Perfruere bonis nobis nondum satis cognitis, vive, exulta, triumphâ, æternumque vale. Nos interea cineri tuo justa persoluturi placidam membris quietem, levemque ossibus terram adprecamur. Restat, ut pro more recepto honori & memoriæ pie defunctæ aliqua, ut innotuerunt, subjungamus. Originem suam debet Rostochio. Nata est in hoc oppido Anno MDC. XXIII. mense Januario, Patre p. m. Viro Optimo DN. JOHANNE **Balemann** / cive primario & œnopola quondam probissimo, & matre CATHARINA **Schmiedes** / matronâ honestissimâ. Avus ejus Paternus audit DN. JOHANNES **Balemann** / cives inter primores non ultimus, & mercator dextrimus hujus urbis. Avia Paterna fuit Fœmina, omnibus virtutibus fulgidissima, BARBARA **Batten** / DN. ÆGIDII von **Thien** vidua quondam mœstissima, Soror DN. D. LEVINI **BATTI**, in hac Academia Prof. & Mathematici quondam excellentissimi; filia verò Viri plurimum Reverendi DN. D. BARTOLOMÆI **BATTI**, ob religionem orthodoxam è Flandria exulis. Avus Maternus fuit DN. NICOLAUS **Schmidt** / Civis quondam hujus civitatis optimus & Cerevisarius. Avia materna fuit fœmina virtutibus sui sexûs præcipuis condecorata ANNA **Newensfeldes**. Proavum numerat Paternum DN. GEORGIUM **Balemann** / civem quondam primarium civitatis Lunæburgensis. Proaviam verò paternam
MAR.

MARGARETAM *Bachmeisters* / matronam confluxu omnium, quæ in sexum illum cadere possunt, virtutum nobilitatam, Viri plurimum Rev. Amplissimi atque excellentissimi DN. LU. CÆ BACMEISTERI, SS. Theol. D. & Professoris hujus Academiae celeberrimi quondam, & Ecclesiarum Rostochiensium Superintendententis vigilantissimi Sororem.

Hiscæ Majoribus & parentibus nostra pie defuncta est progenita. Nec mora, quam primùm hujus lucis usurâ perfrui cœpit, omni ope id egerunt Parentes, ut Sacramento baptismi initiata membrum fieret corporis Mystici, Ecclesiæ, cujus caput Christus est. Scilicet potior nulla Christianis parentibus incumbebat cura, quam ut in fœdus Dei recepta, filia hæresque vitæ æternæ adscisceretur. Neque, ubi adolescebat, quicquam in se desiderari passi sunt parentes, quod faceret ad bene formandum tenerum ejus animum, cereumque in quævis flecti, pietatis itaque semina ab ipsis fermè incunabulis summâ diligentiam spargere cœperunt; pudoris item, omniumque virtutum fundamenta, simul ac per ætatem licuit, jecerunt. Neque spes parentum extincta, sed in ipso statim ætatis vere luculentissima eluxerunt indicia, altiores jam tum radices pietatis concredita egisse semina, solidisque virtutum fundamentis alia tutò superstrui posse. Quam inde incredibilis lætitiæ voluptas parentum pectora inundarit cogitari meliùs quam dici potest. Post, ubi matura viro, Deo ita disponente, Anno M. DC. XLV. mense Januario, desponsata fuit DN. JOHANNI ENGELBERTO PALTHENIO, ap. Sacram Regiam Majestatem Svecicam Telonio Præfecto, conjugiumq; felix, quietum, nullisq; litibus interruptum per duodecim annos experta est. Nec non lætissimæ prolis proventu aucta est felicitas hujus matrimonii. Sex quippe liberos, duos filios, & quatuor filias puerpera enixa est. Ex quibus tamè tres filiæ & alter filiorum immaturâ mortè in ipsâ infantiam præripiuntur. Alter verò filiorum HENRICUS, jam tum adoleverat, spemq; non mediocrem superstítanti matri excitarat, quæ illicò


omnis collapsa, dum ante sesquiannum, & quod forte excurrit, & ille naturæ debitum persolvit. Quarta denique filiarum, ANNA MARGARETA, superat Dei gratiâ, mortalique hac vescitur aura, & promicantibus subinde lachrymis dolorem suum ex tristissimo defunctæ Matris funere haustum implet. Nupsit hæc, Deo ita dirigente, DN. JACOBO Disteler / Sere-
reniss. Duc. Megapol. à redivisibus ærarii provincialis, nostram-
que pie defunctam ex hoc conjugio felicissimo trinâ prole bea-
tam reddidit aviam. Ceterum Anno M. DC. LVII. suprâ lau-
datus nostræ piæ defunctæ maritus, diem suum obit, nostram-
que viduam mœstissimam maximo sui desiderio affectam abiens
relinquit. Et fermè per quadriennium vidua viro caruit, non
tamen favore Dei & civium. Merebatur quippe favorem pa-
riter & admirationem vita piæ acta, virtutum undiquaque co-
ruscantium non mediocri splendore perfusa. Pellexerunt tam
insignia muliebris virtutis ornamenta DN. JOHANNEM
Schwengeln / civem primarium, mercatorem & œnopolam,
hujus civitatis fulgentissimum, accessit, & admiratione, Deo ita
providente, egregiarum viduæ virtutum captus est. Anno
M. DC. LXI. mense Jannario eandem jugalis thori sociam sibi
adjunxit. Et, fortunante Deo, conjugio exoptatissimo, felicis-
simoque, soboleque desideratissima fœcundato beatus est. Fecit
eum patrem trium filiarum, quarum natu maxima DORO-
THEA, minor, CATARINA ILSABE, & minima, SOPHIA
MARIA. singulæ cum parente, viduo mœstissimo, matris &
uxoris desideratissimæ, amantissimæ, funera acerbe deslent lu-
gentque. Qua pietate, humilitate, quo candore, qua patient-
tia, liberalitate & beneficentia erga pauperes vitam egerit, id o-
nium optime testabuntur, quotquot familiariter cum ipsa vixe-
runt. Rei domesticæ per quàm fuit studiosa; virum debito hono-
re, reverentia, amoreque illibato semper profecuta est. Suis,
maxime natis, facem morum & pietatis CHRISTIANÆ prælu-
xit


xit. Verbi divini præcepta avido pectore hausit, hausta memori
 mēte repetiit, repetita provirili executæ est. Quid multis? Talē
 se ubiq; semperq; gessit, ut facile omnium, quibuscū versaretur
 benevolentiam sibi conciliaret. Ita vitam vixit. Qua vero ra-
 tionē fata ipsi mortem accelerarint, lubet ipsius Domini Medici,
 Viri Nobiliss. Ampliss. & Experientissimi DN. JOH. JACOBI
 DÖBELII, Med. D. P. P. & poliatri hujus urbis celeberrimi, col-
 legæ nostri honoratissimi verbis, prout illa ad nos pervenerunt,
 recensere: Ita vero ille: *Sensit equidem jam aliquot abhinc annis Ma-*
trona, dum viveret, pientissima, domui suæ utilissima, Nobis modò desideratis-
sima, Domina SCHWENGELIA Scorbuti fructus: quibus tamen ex arte de-
cussis, melius subinde haberi cepit. Sed verò, hoc ipso præteriti anni Mensē
repullularunt ii, tensione Hypochondrii dextri, Nauseâ, Vomitu, Asthiâ, Car-
dialgiâ, Lipothymiâ, Ictero deniq; violento stipati. Ultimum, jam tum tem-
poris, haud rarò imminere Spiritum dixisses; nisi Remediorum bonitati, se-
dulag; adstantium curæ Numinis benignitas aspirasset, ut, ex Clinicâ Orto-
stadia reddita, Domus de novo functionibus præficeretur, solo Appetitus prostrati,
Nauseæ, Vomitusq; Malo superstite. Et occursum quidem huic est haud
minus, diu pariter noctuq; nihilq; à Viduo mæstissimo intermissum eorum,
quæ vel intimi affectûs conjugalis characterem exprimere, vel restaurandæ sa-
nitatis opem adfiscere viderentur: adeò ut, postquam in pejus paulatim om-
nia declinare prænucciassem, Excellentissimòs Medicos, Dominum Doctorem
BACKMEISTERUM, & Dominum Doctorem WURDIGIUM, Collegas junctiss-
imos, me suâsore, adjungi mihi curaret. Sed nequicquam omnia: cùm eatenus
viscera indies depasceret sevitia morbi, uti tandem die decimo tertio, curren-
tis Mensis, inter preces, fletuq; suorum & suspiria, absq; metu motuque, vitam
cum Mortē beate functa commutaret. Hæc de genere morbi. Anteq-
quam tamē ultimum exhalaret spiritum, nil prius habuit, quam
 ut sese itineri ad vitam æternam accinctura instrueretur viatico,
 corpore scilicet & sanguine Christi, quò fides ipsius aucta & con-
 firmata ad extremum usque halitum obsignaretur. Eum in fi-
 nem Vir summe Reverendus, Ampliss. atque Excellentissimus
 DN. HEINRICUS MULLERUS, S. S. Theol. D. & P. P. longe ce-
 leberrimus, Superintendens Ecclesiarum Rostochiensium &
 Pastor ad D. Mariæ meritiss. gravissimus, Fautor, Amicus, & Col-
 lega


lega noster multis nominibus colendus, desideria ejus cibo potuque hoc caelesti explevit, langventemque, quæ ipsius admirabilis & solatii plena facundia orbi dudum innotuit, efficacioribus scripturæ dictis refecit. Refectæ tantum animorum accessit, ut spe certissimâ suæ salutis mentis desideria in suum Redemptorem sæpius vocem extorserint. Ingravescente tandem morbo 13. Junii, anni fluentis, antequàm annum 51. explevisset, circumstantibus suis, fufisque ardentissimis suspiriis & precibus, circa tertiam pomeridianam, eadem, qua Christus in cruce, horâ in domino placidè ponens caput expiravit. Adsit interea lugentibus Deus Solator. Ille Mœstissimo Domino viduo; superstitibus liberis, cunctisque adeò agnatis cognatisve solandis præsentissima adhibeat lenimenta, quibus dolores, & vulnera ex funere hoc inflictâ, non tantum levari, sed omninò sanari queant. Desinant tandem lachrymæ, exhauriatur universum suspiriorû mare. Homo erat, humani nihil ab ipsa alienum esse poterat. Moriebatur dum vivebat, nunc functa vivit. Mors ei finis malorum, transitus in patriam. Nos currimus, illa quiescit; nos inhiamus, & imminemus brabeo, illa jam tum comprehendit. Quod reliquum est, Patres ac cives Academici omnium ordinum honoratissimi, sortis nostræ conditio nos admonet, ut frequentes compareamus, exuviis piè hujus defunctæ justè persoluturi: Agite igitur, confluite, præsentis, animis, studiisque vestris solamina & levamenta Domino viduo, Liberis & reliquis lugentibus adferte; ite, quibus commodum fuerit, exsequias, & ultimum, quod expeti potest humanitatis officium, implete.

*P.P. Rostochii sub Sigillo Reſtoratus d. XXII. Junii
Anno M. DC. LXXIV.*

*Conventus celebrabitur horâ primâ pomerid. in
æde B. Mariæ conſecratâ.*









xit. Verbi divini præcepta avido pector
 mēte repetiit, repetita provirili execut
 se ubiq; semperq; gessit, ut facile omniu
 benevolentiam sibi conciliaret. Ita vi
 tionē fata ipsi mortem accelerarint, lube
 Viri Nobiliss. Ampliss. & Experientissim
 DÖBELII, Med. D. P.P. & poliatri hujus
 legæ nostri honoratissimi verbis, prout i
 recensere: Ita vero ille: *Sensit equidem ja
 trona, dum viveret, pientissima, domui suæ utiliss
 sima, Domina SCHWENGELIA Scorbuti fructus
 cussis, melius subinde haberi cepit. Sed verò, ho
 repullularunt ii, tensione Hypochondrii dexteri, N
 dialgiâ, Lipothymiâ, Ictero deniq; violento stipat
 pores, haud rarò imminere Spiritum dixisses; n
 dulgq; adstantium curæ Numinis benignitas aspin
 stadia reddita, Domus de novo functionibus præsce
 ti, Nauseæ, Vomitusq; Malo superstitante. Et occu
 minus, diu pariter noctugq; nihilq; à Viduo mæsti
 que vel intimi affectus conjugalis characterem exp
 nitatis opem adsciscere viderentur: adeò ut, post
 mnia à declinare prænucciassem, Excellentissimòs M
 BACKMEISTERUM, & Dominum Doctorem WULF
 mos, me suatore, adjungi mihi curaret. Sed nequ
 viscera indies depasceret se vitia morbi, uti tandē
 tū Mensis, inter preces, fletusq; suorum & suspiria,
 cum Morte beate functa commutaret. Hæc de
 quàm tamē ultimum exhalaret spiritum,
 ut sese itineri ad vitam æternam accinctur
 corpore scilicet & sanguine Christi, quo sic
 firmata ad extremum usque halitum obi
 nem Vir summe Reverendus, Ampliss. at
 DN. HEINRICUS MULLERUS, S.S. The
 leberrimus, Superintendens Ecclesiarum
 Pastor ad D. Mariæ meritiss. gravissimus, F*

ista memori
 ultis? Talē
 versaretur
 Qua vero ra
 Mini Medici,
 H. JACOBI
 errimi, col
 rvenerunt,
 nc annis Ma
 dō desideratis
 ex arie de
 i anni Mensē
 Astiâ, Car
 m tum tem
 n bonitati, se
 linicâ Orbo
 ritus profira
 huic est haud
 tum eorum,
 lauranda sa
 paulatim o
 um Doctorem
 gas junctis si
 cum eate nus
 rrio, curren
 uque, vitam
 bi. Ante
 uit, quam
 ar viatico,
 sta & confir
 eum in fi
 ntissimus
 longe ce
 ensium &
 us, & Col
 lega

